



# **Commentatio literaria continens quaestiones duas ad Plutarcheam Periclis vitam pertinentes**

<https://hdl.handle.net/1874/262430>

I 7  
COMMENTATIO LITERARIA

CONTINENS

QUAESTIONES DUAS

AD

PLUTARCHEAM PERICLIS VITAM PERTINENTES,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BARTHOLDI IACOBI LINTELO DE GEER,

Phil. Theor. Mag. Lit. Hum. et Iur. Rom. atque Hod. Doct. et Prof. Ord.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMI ORDINIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET  
LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS IANUS NASSAU NOORDEWIER,

Winschotanus.


DIE XXIV IUNII MDCCCLXIX, HORA III.



DORDRACI,

APUD P. K. BRAAT.

MDCCCLXIX.



PATRIS MEMORIAE

SACRUM.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

PATRIS HERMOGAR

Faint, illegible text in the middle section of the page, likely bleed-through.

Faint, illegible text in the lower middle section of the page, likely bleed-through.

Faint, illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through.



Incipienti mihi in mentem veniunt verba Livii „querelae — ab initio — absint:” nisi persuasum haberem eum vere dixisse, fortasse lectores obruerem querelis, quales proferre solet is, cui propositum est procul a Minervae templo agere de rebus doctis. Causas praebent librorum inopia, scholae curae et negotia, periculum quod est in mora, al.

Nulla aetas studio dignior visa est quam Periclea, et licet mihi non contigerit novi aliquid afferre, tamen hoc probe scio, nunquam fore ut temporis huic studio impensi me poeniteat.

Scripturus sum de nonnullis rebus ad Plutarcheam Periclis vitam pertinentibus, quanquam paene a proposito deterreor multitudine virorum doctorum, qui suam hac de re sententiam nobiscum communicarunt. Quos enumerare longum est. Sponte apparet omnes, qui de historia Graeciae egerunt, de Pericle scripsisse.

Fuit tempus quo fere omnia, quae a Graecis et Romanis nobis sunt relicta, veneratione quadam colebantur et fere sacra habebantur. Quae illi dixerant tanquam oracula citabantur. Haereticus et sacrilegus audiebat, qui eorum auctoritatem infringere auderet. Pauci autem erant scriptores qui aequabant Plutarchum gloria et auctoritate. Per Europam legebatur summa cum voluptate. Ex vitis ab eo conscriptis viri docti, cultiores militum praefecti, politici hauriebant, ut, eius libris lectis, sapientiores fierent et meliores. Iure admirabantur eius „ingentem eruditionis copiam, praeclarum rerum utilissimarum conquirendarum studium

et diligentiam admirabilem, ingenii humani cognitionem, animum integrum atque candidum, dicendi docendique facultatem, subtilitatem, industriam plane singularem. Quarum virtutum exempla luculenta quaque vitarum pagina inveniebant. Hinc factum est, ut Parallela Plutarchi non solum ab iis, qui in antiquitate indaganda studium suum collocant, pro rerum memorabilium thesauro copiosissimo atque perenni quasi veteris historiae fonte haberentur, sed etiam juvenilis animi ad humanitatem instituendi instrumentum aptissimum, praetereaque cordato cuique animi remissionem ex laboribus petenti dulcissimum oblectamentum. Praeterea lectores mulcebantur dicendi generis nativo quodam nitore, artificiosa continuitate, laetissimo vigore atque sententiosa gravitate: ut omnium inferioris aevi historiae scriptorum iure Plutarchus is dici potuerit, qui maxime lectorum animos oblectet, teneat, expleat!" 1).

At contra vitia eius 2) quae aliquamdiu latuerunt, sensim paulatimque detecta sunt inde ab eo tempore, quo accuratius inquirebatur in historiae fontes et literarum Graecarum studia acrius doctiusque exercebantur. Inde Plutarchus a nemine absolvi potest nonnullis vitiis; v. c. quod ductus ethico ut dicunt consilio, quod semper ante oculos habebat, saepius neglexit rectam historiographiam, quod interdum immemor fuit iustae temporum computationis, quod saepius inseruit narratiunculas memoria indignas, alia.

Ut autem fit, eum qui tamdiu pie colebatur, hominum opinione mutata, subito nonnulli omnibus fere honoribus privare studuerunt.

Ut alios 3) omittam, valde displicuit ille historico excellenti,

1) M. Westermann, de Plut. vita et script. commentatio.

2) Eum iam ab aequalibus accusatum esse neglectae chronologiae et nimii in narratiunculis afferendis studii, inde efficias, quod ipse se defendit, Alex. J. cf. Cim. 2. Fortasse tamen ipse sensit sibi a lectoribus talia crimina obiectum iri seque defendit antequam accusatus est.

3) Courier, Oeuvr. L. 3. 257, de Plutarcho haec dixit. „C'est un plaisant historien, qui n'ayant souci que de paraître habile écrivain, ferait gagner à Pompée la bataille de Pharsales, si cela pouvait accorder tant soit peu sa phrase.”



Macaulay, qui eum vocat principem scholae scriptorum scholasticorum, qui sibi ipsi magni philosophi et viri politici esse videbantur, tempora quae descripserunt, non intelligentes; quique viros nobis proposuerunt fastidiosis praeditos virtutibus, stolidos et arrogantes <sup>1)</sup>).

Neque tamen aequus iudex fuit Anglus, nam Plutarchi vitiorum memor, virtutum immemor est. Hoc tempore aequiores, ni fallor, iudices exstiterunt, Westermann, Sauppe, Sintenis, alii. Equidem ex scriptis eius vitam Periclis elegi unde quaestiones deliberem aptum praebituras disputationis academicae argumentum mihi liceat.

#### PERICLES.

Pericles Atheniensis aequales ad suam familiaritatem non admittebat, profanum vulgus arcebat <sup>2)</sup>), perpaucis contigit in intimos animi eius recessus conicere oculos. Quo factum est ut vulgo non intellexeretur.

Videbant Athenienses consiliorum eius effectus felices, admirabantur oratorem ipsique parebant; praedicabant facta belli ducis periti, prudentis, qui cives salvos usque in patriam reduxit; stratego confidebant in rebus politicis ita ut paene omnia ei traderent; sed non intellegebant virum gravem, summi ingenii, summaeque integritatis, philosophum, prorsus diversa ab iis ratione agentem.

Unum excipimus Thucydidem, qui fere solus aequalium eum laudavit; ceteri qui de eo egerunt, ad unum omnes alii alio

<sup>1)</sup> De Historia scribenda, 1828. Scripta minora, quae edita sunt in Germania.

<sup>2)</sup> Curtius, Gr. Gesch. II. 175. Es fehlte ihm die Gabe leicht und unbefangen mit den Leuten des Volks zu verkehren; es fehlte ihm das leutselige Wesen, durch welches Cimon zu fesseln wusste, der als ein fröhlicher Lebemann seinen Mitbürgern näher stand. Pericles war zu verschieden von der Menge des Volks; er fühlte, das die Bürger keine Sonderlinge liebten und dies Gefühl machte ihn befangen.



modo in eum inveci sunt. — Censebatur enim ille excitasse bellum Peloponnesiacum, quod inevitabile malum esse vulgo non apparebat; itaque in odium incidit omnium pacis amatium, inter quos praecipue poetae comici eum conviciis obruere studebant: principem autem in civitate oderunt omnes, qui civitatis gubernaculum sua ipsi manu tenere malleut; artium fautor et literarum, doctorum peregrinorum amicus in- visus erat iis qui maiorum religionem et instituta negligi et philosophis peregrinis nimium honorem tribui dolebant.

Qui autem post bellum Peloponnesiacum de Pericle egerunt, huius belli infelicem exitum omniaque mala inde orta Pericli auctori vulgo tribuerunt.

Perfectus homo non erat Pericles; erravit, omniaque quae publice male egit suam vim habuerunt ad corrumpendos aequales; facilius tamen quam par est Socrates, quem Plato in Gorgia disserentem inducit, adversariis stolidis (Sophistas cum Socrate disputantes apud Platonem ingenio non abundasse satis constat) probat a Pericle peiores factos esse cives.

Pericles etiamnunc nos aliquantum amovere videtur. Neque e Thucydidis neque e Plutarchi libris, ut alios omittam, virum plane cognovimus. Ille patriae historiam externam scripsit, perpauca nobiscum communicavit de rebus quae fiebant in urbe; breviter tamen sed eximie Periclis auctoritatem in republica eiusque rationem politicam depinxit, II. 65; ex ipsa vero historia Thucydidis iudicare nequimus, utrum vera sit descriptio neque, licet sint aliae causae quare Thucydidis fidem habeamus. Silet de Periclis vita privata. Orationes quas Periclem pronunciantem induxit, quamvis utiles ad cognoscendam eius rationem administrandi rem publicam, viri perfectam imaginem non praebent. Temporis spatium inter bella Persica et bellum Peloponnesiacum nube obscura circumvolutum est, quae libro primo Thucydidis non plane fugata est.

De ceteris fontibus historiae Pericleae nunc silco. Fieri potest, ut aliquando, omnibus fontibus exhaustis, quae ad illam aetatem pertineant, rebusque permultis hodie obscuris clara

luce illustratis existat aliquis, qui vitam Periclis describat omnibus numeris absolutam.

At quid effecit Plutarchus?

Plutarchus operam dedit ut Periclem bene cognosceret; sed erant quae impedirent quominus voti compos fieret. Historiam externam, quam praeter alios Thucydides egregie descripserat, iterum scribere noluit, quum ineptum esse putaret eum, qui cum talibus viris certaret (Nic. I), sed fortasse hoc ipsum effecit ut nimis negligeret iustam temporum computationem, et Thucyde omissa alios sequeretur scriptores, minore fide dignos, in rebus quas tamen ille tractaverat ita, ut nemo unquam eum correxerit. Sed hac de re mox accuratius.

Ceterum Plutarchus in Periclis mores et indolem inquisivit; nam describendo bonos et magnos viros ad virtutis studium alios incitare ipsi propositum erat et penetrare voluit in virorum animos. (Per. 2. Alex. I Nic. I Cim. 2.) Ei igitur rerum gestarum historia non sufficit. Dicta et facta quae parvi momenti esse videantur, interdum certius hominum naturam indicare quam illustrissima facta dixit ipse (Alex. I).

Adiit ergo scriptores quicumque quidpiam de vita privata Periclis communicavissent, quo factum est ut saepius hauriret e fontibus impuris, non adhibita inquisitione critica satis prudente. Licet ab ipso alienum esset *πρὸς τὸ χεῖρον εἰνάζειν*, saepius tamen secutus est scriptores *κακοθηεῖς*. Tum magno temporis spatio quod inter eum et Periclem elapsum est, impediebatur quominus illius aetatem probe cognosceret. Denique Plutarchi Pericles non est totus homo; ipse scriptor vera oris lineamenta ante oculos non habuit pinxitque imaginem imperfectam.

#### DE FONTIBUS PLUTARCHI IN VITA PERICLIS.

Iure animadversum est <sup>1)</sup>, Plutarchi iudicium de Pericle

<sup>1)</sup> Vid. H. Sauppe: Die Quellen Plutarchs im Leben des Perikles. Gött. Distr. 1867. p. 1. sq.



vacillare illamque dubitationem ortam esse e variis fontibus inter se discrepantibus quibus usus est.

Plutarchi fontes erant Periclis aequales: Thucydides, Ion Chius, Stesimbrotus, Teloclidus, Cratinus, Hermippus, Plato comicus, Eupolis, Aristophanes. Pericle posteriores: Ephorus, (Theopompus). Idomeneus, Duris, Aeschines, Plato, Aristoteles, Heraclides Ponticus, Theophrastus, Critolaus.

*Thucydidem* secutus est agens de bello Samio. Thuc. I. 115—117. Plut. c. 25—28. Sed non unice eo usus est.

C. 28 dicit *ωμότητα, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστοροῦσιν οὔτ' Ἐφορος οὔτε Ἀριστοτέλης*. Ubi ergo non hausit e Thucydide, Ephorum et Aristotelem ei fontes fuisse verisimile est. C. 25 etiam Stesimbrotum citat. Ceterum ex toto libro apparet Plutarchum Thucydidis libros legisse et inde concepissee iudicium de Periclis indole et moribus aequius, quam habuisset, si modo reliquos secutus esset. (Cap. 15) Periclis potentiam eiusque potentiae naturam describens ante oculos habuit Thucydidis locum notissimum II. c. 65; Thucydidis autem robur rhetorice extenuavit.

At expliciturus belli Peloponnesiaci causas, Thucydidis plane oblitus esse videtur. Hic brevior et interdum obscurior erat quam ut omnibus placeret. Rumoribus et narratiunculis, comicorum pacis amantium qui Periclem civium odio obiicere studerent, dictis facetis, vera expositio Thucydidea obruta est. Posteriores historici ex Isocratis schola profecti, non simpliciter res exponbant sed rhetorice eas explicabant ex affectibus animi ac moribus et indole hominum. Quod placuit etiam Plutarcho, qui hac in re Ephorum 2) secutus est. Licet enim

1) Thucydidem citavit, Cap. 9. 15. 16. 23. 33.

2) Ut apparet ex Diod. Sic. XII. 38—41.

Postquam descripsit causas belli, dicit *Αἰτία μὲν οὖν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τοιαῦται τινες ὑπῆρξαν, ὡς Ἐφορος ἀνέγραψε*. Contra Plut. de Herodoti malignitate (si credimus eum esse huius libri auctorem, cap. VI) *ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων πεπραχθαι, τὴν δ' αἰτίαν, ἀφ' ἧς πέπρακται, καὶ τὴν διάνοιαν ἔχοντων ἀδελόν, ὁ πρὸς τὸ χεῖρον εἰκάτων διαμετῆς*



Per. c. 32. 3. dicat, τὸ δ' ἀληθὲς ἀδηλόν. Nic. 9 haecce leguntur: Ὁ μὲν γὰρ ἐπ' αἰτίαις μικραῖς εἰς συμφορὰς μεγάλας ἐμβαλεῖν ἐδόκει τοὺς Ἕλληνας.

Cap. 31. initio tamen spectat ad Thucydidem I. 140.

*Ion Chius.* Primum videamus quis fuerit, deinde quomodo eo usus sit Noster.

Ion variis poëseos generibus excelluisse dicitur, fuisse enim poëta tragicus, lyricus, praecipue vero dithyrambicus. De eius operum titulis a viris doctis multa disputata sunt. Eius feruntur *Χίων κτίσις, ἐπιδημῖαι* (a nonnullis spuriae habitae, a. Doct. Ruehl Ioni tributae), *ὑπομνήματα, συνεκδημητικός, πρεσβευτικός, τραγμοί*, quod idem opus esse dicitur ac *κοσμολογικός*. De libro qui inscribitur *πρεσβευτικός λόγος*, de quo ceterum nihil constat, Scholiastes ad Pacem, vs. 817 dicit: *ὅν νόθον ἀξιούσιν εἶναι τινες καὶ οὐχὶ αὐτοῦ.*

Adolescentulus Athenas venit ibique magnam vitae partem degit. Interdum in patriam rediit bona administrandi causa, ut videtur, quae ei ibi erant. Cimonis amicus fuisse dicitur et reliquisse urbem cum fautore. De posteriore parte eius vitae nihil constat neque ubi diem obierit.

Paulo antequam Aristophanis pax in scenam ducta est (419 a. C.) mortuus esse videtur. Schol. Pac. vs. 837.

Multa ergo memoria digna tradere potuit de rebus tum aliis tum politicis illius aetatis; res vero gravissimas non tractavisse videtur hilaris poeta.

In Periclis vita Plutarchus cum citavit bis, c. V. 2 et cap. XXVIII 3, nullam vero causam esse sentio cur assentiar D. Ruehl, contendenti Plutarcho in hac vita saepius

ἔστι καὶ κατοχήτης ὥσπερ οἱ Κομικοί τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ Περικλήτους ἐκεκαῦσθαι δι' Ἀσπασίαν ἢ δια Φειδίαν ἀποφαίνοντες, οὐ φιλοτιμία τινὶ καὶ φιλοτιμία μᾶλλον στορέσαι τὸ φρόνημα Πελοποννησίων καὶ μηθενὸς ὑφείσθαι Λακεδαιμονίαις θελήσαντος

1) De Ione cf. Rich. Bentley ad Milt. p. 404 sq. opp. phil. ed. Lips. Schneidewia vel potius Bergk, in opere de poetis lyr., Ruehl, die Quellen Plutarchs im Leben des Kimon, Ekker, Cimon. Praef.

fontem fuisse Ionem quam in vita Periclis 1). Ex opere quod inscribitur *Ἐπιδημία* hausisse videtur, quo in libro Ion nar- rasse dicitur res memorabiles, quas ipse in itineribus viderat. C. V. 2. Ion dixisse narratur Periclem in vita quotidiana su- perbum fuisse et alios contempsisse, Cimonis contra fuisse hila- rem elegantiam cuique gratam.

Inde coniecit Doct. Ekkor (Plut. Cimon. p. 16), „verisimil- limum habendum esse etiam Ionis de Cimone, in quem fortasse paullo benevolentior fuerit (quam in Periclem) narrationibus non nimium Plutarchum tribuisse nec temere sed prudenter et cum iudicii acumine usum fuisse.”

Quae sententia displicuit Doct. Ruehl, dicenti Plutarchi iudicium modo referri ad ea quae Ion de consuetudine quoti- diana Periclis dixit, non vero ad facta haec pertinere.

Verum etiam alio loco c. 28 l. Ioni obloquitur et saltem in vita Periclis eo prudenter usus esse mihi videtur; ceterum ex iis quae Plutarchus de Ione citat nihil aliud efficere possumus quam hoc: Ionem omnibus in rebus Periclem non laudasse 2).

Aliis locis Ionis versus citat iisque delectatus esse videtur.

#### *Stesimbrotus Thasius.*

In vitis Themistoclis, Cimonis et Periclis, Plutarchus usus est libro qui inscribitur: *περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Θουκυλίδου καὶ Περικλέους*, qui liber a Stesimbrotō scriptus esse dicitur.

Nuper viri aliquot docti 3) conati sunt probare hunc librum non scriptum esse a Stesimbrotō sed a sophista quodam primi saeculi post Christum.

Stesimbrotus eorum fuisse fertur qui nominantur *ἐπαινέται Ὀμήρου*. Natus est in insula Thaso, ubi medio et exeunte fere saeculo quinto a. C. studia Homerica lactissime floruerunt.

1) Nisi aedificiorum descriptionem hausit ex Ione, quod non satis constat.

2) Amicum Cimonis, poetam vini et amoris amantem, Pericli, fautoris adver- sario, viro *σεμνοτάτῳ* non amicissimum fuisse non miramur.

3) Anonymus quidam in Zarneke, Centralblatt, 1860 p. 620, cui assentitur, A. Schaefer, Jahn's Jahrb. B. 91, p. 630, praecipue F. Ruehl, die Quellen Plutarchs im Leben des Kimon, 1867, p. 37 sqq.



Antimachi Colophonii praeceptor fuisse traditur (a Suida v. *Ἀντίμαχος*). Stesimbrotum supparem Cimonis appellat Plutarchus, Cim. IV, Periclis aequalem.

Diu Athenis moratus esse fertur. Exstant fragmenta eius libri *περὶ τελετῶν*. Utrum plura de Homero composuerit an unum non liquet; titulus servatus est nullus. Unum scripsisse eum opus titulumque fuisse, *Περὶ Ὀμήρου*, suspicatus est Mueller. Praeter locum vitae Hom. 6, quo Homerus secundum Stesimbrotum Smyrnaeus fuisse dicitur, tria servata sunt spectantia ad Iliadis locos *A* 636, *Θ* 193, *Φ* 76. Longe maioris momenti sunt duo alii loci, alter Xenophontis, Conv. 3. 6, Platonis alter in Ione, Cap. 2. Utroque loco Stesimbrotus in primis Homeri interpretibus fuisse traditus est <sup>1)</sup>.

Stesimbrotus ergo fuit vir doctus vacans interpretando Homerum et qui de eius studiis bene meritus est. De eius studiis Homericis agunt Plato et Xenophon, de illo alio opere historico ne verbum quidem edunt; longe sane diversa est docta Homeri interpretatio et libellus, qui confectus esse videtur ad clarorum virorum gloriam comminuendam.

Praeter Athenaeum, XIII p. 589, et Plutarchum eum libellum nemo citat, nemo novit, licet in eo narrentur quaedam, quae sane non praetermisissent historici aliique scriptores. Alexandrini saepius Stesimbroti opera memorant, de hoc plane silent. Et Cicero libello, si exstitisset, sine dubio usus esset. Supersunt duodecim fragmenta (Plut. Them. c. 4. non invenitur apud Muellerum), quae agunt de Themistocle, Cimone, Pericle. Verisimile igitur est illum Thucydidem, cuius nomen est in titulo operis, esse Melesiae filium.

Multus est scriptor in rebus venereis Periclis; ceterum pleraque quae tradidit falsa continere, satis, ni fallor, proba-

<sup>1)</sup> De eo cf. Bernhardt, Grundriss der Griechischen Literatur, 1867. I, 280, 327. Wolf, prol. p. 16. M. Sengebusch, Diss. Hom. p. 20 b. Hic dicit, ante 430 a. c. eum mortuum non esse apparere ex loco Plutarchi c. 36. Iis, qui putant librum de Them. et Thuc. et Per. spurium esse, hic locus nihil probat. — Heuer, de Stesimbroti Thasio.



vit Doct. Ruehl l. 1. Plutarchus ei parvam fidem tribuit. Eum citavit cap VIII 5, XIII 7, XXVI 1, XXXVI 3, sed videtur etiam aliis locis eo usus esse Plutarchus v. c. XXIX 1, narrans Periclem odio ductum in Cimonem huius filio Lacedaemonio decem tantum naves dedisse, ut eum perderet.

Quae insulsa narratio plane redolet istius libelli scriptorem <sup>1)</sup>. VIII 5. quo loco memorantur verba quaedam orationis funebri quam habuit Pericles in honorem caesorum in bello Samio. Quae verba plane conveniunt Lysiae Epit. p. 198. Quapropter Ruehl suspicatur Lysiae sententiam Pericli adscriptam esse.

XXII 7. Stesimbrotus Periclem accusat flagitii nefandi, quod Plutarchus acriter repudiat.

XXVI 1. narrat Periclem in bello Samio, dum Samii obsidebantur, Samo relicta in Cyprum navigasse, *ὅπερ οὐ δοκεῖ πιθανὸν εἶναι*, ut iure Plutarchus dicit. Auctore Thucydide I 116, 3. navigavit ut aggrederetur classem Phoenicum, quae Samiis auxilio veniret. Cf. Diod. Sic. XII. 27.

XXXVI 3. iterum agit de Periclis amore in filii uxorem. Fieri potest ut etiam (VIII 3) narratiuncula de Pericle et Thucydide ex hoc libro sumta sit. Libri scriptor, quisquis est, collegisse videtur res memorabiles quae ferebantur de illis claris viris; et praesertim quod ad Periclem attinet, multa hausisse e comicis. De quibus iam videamus.

Hi omnes acriter invecti sunt in Periclem, quem varias ob causas odio persequebantur. Ipse a Cratino in scenam productus esse dicitur, et, ni fallor, apta erat Periclis persona quae prodiret in scenam comicam Atheniensium. Vir ille, omnium civium princeps, quem in foro quotidie videbant cives eodem semper vultu sereno serioque omnia investigantem, eodem gravi incessu euntem; strategus strenuissimus et prudentissimus, quem vereri solebant; orator summus, Iovi tonanti similis, a quo ad omnia quaecunque vellet, adduci soliti erant,

1) Cf. Cim. cap. XVI. Thuc. I. 45.

denique vir ille, quem omnibus superiorem esse conscii erant, in scena ridicularia agens et comice gravitatis modum excedens, grandem movit risum. Vir magnus lusus delectat vulgus. Hic risus Periclis auctoritati non periculosus, immo vero utilis fuit. Poëtae voti compotes non facti sunt. Nam tali modo invidiae, gloriae comiti satisfiebat; Pericles suae magnitudinis poenas luit, civesque quum theatro exiissent, ut ante, auscultabant illi. Pericli vero displicuisse videtur illa licentia comicorum, Ol. 85. 1 443 a. C. enim lex perlata est, quae poetarum petulantiam coercuit 1).

Hanc legem ei non ignoverunt irati libertatis vindices. Cratini *Χείρωνες* fabula acerrima, in Periclem scripta est, postquam Ol. 85. 440 a. O. *κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κομωδεῖν*. Undecunque poterant, in eum concurrebant. Corruptor dictitabatur veteris simplicitatis, violator maiorum institutorum, tyrannidis cupidissimus, bellorum patriae funestorum auctor, sui tantum ipsius commodi memor. Multa falsa in scena comica ficta, deinde vulgata et postea a scriptoribus mira et famosa narrandi cupidis ad posteros tradita sunt 2).

Plutarchus comicis non magnam fidem tribuit, vid. Per. XIII. 6; interdum tamen eum nimis moverunt.

*Teleclidem* bis citat in hac vita c. IV, 3 et XVI, 1. Priore loco Teleclides ludit Periclem ob caput inconcinnum et oblongum, dicens, „eum modo negotiorum molestiis obrutum sedere in urbe capitis pondere gravatum, modo solum ex capite domo maiore ingentem strepitum excitare!”

Cap. XVI. „Athenienses illi tradidisse: Urbium vectigalia, urbesque ipsas quas *vinciret*, vel dirueret, muros lapideos, quos extrueret aut rursus demoliretur, foedera, potentiam, divitias et felicitatem.”

Poeta Atheniensibus nimiam Periclis potentiam ante oculos

1) Vid. Cobet, Obs. crit. in Plat. com. rel.

2) De Aspasia et comicis vid. Cob. prosopogr. Xenoph. p. 79 sqq.



ponere voluisse videtur. Ex quibusnam fabulis haec fragmenta sumta sint, non constat 1).

*Cratinus* 2) Callimedidis filius Atheniensis in poëtis scenae comicae veteris alterum ab Aristophane locum tenuit. Vir fuisse videtur acer, vehemens, nulli parcens, Aristophanis suavitate carens. Eius *Χειμαζόμενοι* et *Σάτυροι*, huius fabulis *Αχαρνείς* et *Ἰππής* victae sunt; senex autem in *Πυτινή* revixisse videbatur et illius „*Νεφέλαι*” vicit. Vid. Equit. 520 sqq.

Plutarchus usus est eius fabula inscripta *Χείρωνες* quae, ut dixi, scripta est in Periclem. Legimus cap. III. 2. *Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενῆς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίττετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσι.* Quae verba sic explicanda puto, factionum certamina, quibus novae res factae sunt, et vetus tempus, i. e. spatium multorum annorum, quo sensim eius auctoritas accrevit, maximum tyrannum pepererunt, quem capitonem vocant dii. *χρόνος, παρὰ προσδοκίαν* dictum pro *Κρόνος* spectat ad Periclis cognomen Olympium; et fortasse legendum est *Κρόνος*, et nihil amplius subest 3).

1) Vid. Cobet in Plat. c. rel. p. 16.

2) De eo vid. Cobet, l. l. 1 sqq. qui hos locos affert Platonii: *περὶ διαφορῶς χαρακίηρον* p. 27 in Edit. Arist. Invern. *Κρατῖνος ὁ τῆς-καλαιῶς κωμωδίας ποιητῆς ἄτε δὴ καὶ τὰ τοῦ Ἀρχιλόχου ζηλώσας ἀσηρὸς μὲν ταῖς λουδορίας ἐστὶ — ἀπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ εἶθαι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἀμαρτανόντων.* Incerti auctoris de Comaed. pag. XXXIII. *Ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος — τῷ χαρίεντι τῆς κωμωδίας τὸ ἀφέλιμον προσέθηκε, τοὺς κενῶς τι πράττοντας διαβάλλον καὶ ὅσοις δημοσίᾳ μάσειν τῇ κωμωδίᾳ κολάζων.*

3) Si *χρόνος* legimus, hoc spectare videtur, auctore Curtio, ad Periclis naturam democraticam et aristocraticam. Thucydide pulso, postquam cives taeduit factionum, Pericles princeps factus est: huius autem principatus *Στάσις* mater esse dicitur; et *χρόνος* repraesentat prisecum genus, unde ortus erat, et vetustatem quam verebatur. Sic fere explicat Curtius, II. p. 186 et ann. p. 391. Utrumque tempus in Pericle coniunctum esse et prisecum, et recens. Fieri potest ut viri docti in hac voce plura ponant, quam in ea sit. Curtius citat. *Lybiae* locum VI. 10. *Καίτοι Περγυλία ποτέ φασὶ παρηνέσαι ὁμῶν περὶ*



Verba quae sequuntur e Nemesi sumta: *Μολ', ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε* (alii legunt *καραιῖ*) fere significant: Eas, Olympie, qui ades hospitibus (Anaxagorae, Aspasiae, aliis) et capito.

XXIV 3. *Ἦραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίπτει Καταπυγούνη παλλακὴν κυνώπιδα* e Chironibus. *Ἦρα Ἀσπασία* est uxor Olympii Periclis; *παλλακὴν*, nam Pericles Aspasiae iustam uxorem ducere non potuit. Ad iustas enim nuptias requirebatur ut nupta etiam esset *ἀσπῆ*. Liberi Periclis et Aspasiae non erant *γνήσιοι* sed *νόθοι*. Vid. cap. XXIV ὁ νόθος δέ μοι ζῆ; cet. 1).

XIII 4. e Thressis:

*Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὄδε  
προσέρχεται τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου  
ἔχων, ἐπειδὴ τοῦστρακον παροίχεται.*

Legebatur *Περικλέης* ante vocem *τῷδεῖον*, iure delevit Cobet Var. Lect. p. 371, 372.

Non notum est ex quamam fabula XIII 3. sumta sint *πάλαι γὰρ αὐτὸ Λόγοισι προάγει Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδέ κινεῖ*. A Cratino luditur Pericles quod lentius aedificentur muri longi.

*Hermippi* versus: c. XXXIII 4.

*βασιλεῦ σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις  
δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν  
περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχῃ,  
ψυχὴν δὲ Τελέητος ὑπέστης;*

*τῶν ἀσεβοῦντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐ-  
τῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς Ἐὐμολιδαὶ λέγουσινται, οὓς  
οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐ-  
τὸν τὸν θέντα ἴσασιν ἠγέσθαι γὰρ ἂν αὐτοὺς οὕτως οὐ μόνον τοῖς  
ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς δίδοναι δίκην. Non idem erant ἀσέβειν  
Pericli ac populo, qui Anaxagoram et Aspasiae ob ἀσέβειαν persequabatur.  
Fieri potest ut ipsa haec sententia sumta sit ex oratione qua hanc vel illum de-  
fenderet. Hoc Lysiae nil intererat, dummodo consilio conveniret. Cf. etiam Thuc.  
II. 37. — οὐ παρνομοῦμεν, τῶν τε αἰεὶ ἐν ἀρχῇ ὄντων ἀφροσύνη, καὶ  
τῶν νόμων, καὶ μάλιστα αὐτῶν ὅσοι τε ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδικουμένων  
κεῖνται, καὶ ὅσοι ἄγραφοὶ ὄντες ἀσχήνην ὁμολογουμένην φέρουσι.*

1) Cf. Becker (ed. Hermanni) Charikles p. 287.

καρχηριδίου δ' ἀκόνη σκληρὰ  
 παραδηγομένης βρύχεις κοπίδος,  
 δηθεις αἶθωνι Κλέωνι.

admodum obscuri sunt. Satyrorum rex dicitur a poeta, Aspasiac accusatore (XXXII 1.), spectans ad lasciviam Periclis. Nullus vero Teles notus est; Suidas nomen cuiusdam (Τελέας) citat a comicis ἐπὶ δειλίᾳ lusi. Neque constat quid sibi velint verba καρχ. — Κλέωνι. Creditum est, Cleonem vehementer invectum esse in Periclem, quod includeret cives. Plutarchi non est explicare fragmenta, quae citat, comicorum <sup>1)</sup>.

Hermippus ab iisdem partibus stotisse dicitur atque Aristophanes; arctius tamen se iunxisse videtur factioni aristocraticae et Pericli fuisse inimicissimus.

Platonis comici versus cap. IV. 2. citati perspicui sunt.

πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ· σὺ γὰρ,  
 ὡς φασιν, ὁ Χείρων ἐξεθρέψας Περικλέα.

Damon, Periclis magister, comparatur cum Chirone, Achilles praeceptore. Sumti esse dicuntur ex fabula, quae inscribitur Σοφισταί.

Ex Eupolidis Demis, fabula celeberrima, qua demagogos populumque eis obsequentem lusit, citantur pauca.

Cap. III 2. ὁ, τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες, quod ad caput Periclis refertur.

et cap. XXIV 4. Pericles — ὁ νόθος δέ μοι ζῆ;

Myronides — καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,

εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπαρρώδει κακόν.

Spectat hoc ad filium Periclis et Aspasiae, cui patris no-

1) Curtius II. 324, hos versus tali modo citat: Du Satyrnfürst, so willst du denn nie aufheben den Speer, Du vermässest doch sonst mit gewaltigem Wort dich als Kriegsfeldherrn, wohin ist das Herz dir gesunken? Du knirschest vor Wuth, wenn einer am Stein sein Messer sich schärfte, seit Kleon, der Wilde, dich zauste." Est versio qua tamen non explicantur versus. II. p. 313, haec dicit: »Einen Fürsten der Satyrn nannte Hermippos den Perikles met Hinblick auf die unwürdigen und unselbständigen Menschen welche ihn umgaben.»

Cf. Sintenis ad hunc locum.



men erat. Significare videntur postrema verba, eum *νοθεία* impediri quominus se virum praestaret. A civibus hic capitis damnatus est post pugnam navalem ad Arginusas, cui strategus interfuerat. Eum cum Socrate disserentem inducit Xenophon Mem. Lib. III. cap. 5. Vir fuisse videtur multis virtutibus ornatus: cf. cap. XXXVII *εἰσάγεται εἰς τοὺς φράτορας* 1).

Cap. XXVI. 2. Unum versum ex *Aristophanis* Babylonii sumtum citat Plutarchus agens de bello Samio:

*Σαμίῳν ὁ δῆμὸς ἐστὶν ὡς πολυγράμματος.*

qui refertur ad stigmata, quae Athenienses Samiis inusserant. Sintenis suspicatur versum etiam spectare eo quod Samii primi usi sint 24 litteris.

Versus cap. XXX. 2, citati ex Acharnensibus, 504 sq. celeberrimi sunt. Plutarchus narrat, Periclem dici odio suo in Megarenses incitatum auctorem fuisse plebisciti adversus eos editi, odii causam fuisse hanc: praeco ad eos et ad Spartanos missus qui accusaret Megarenses quod sacram terram coluissent, per hos periisse videbatur, tum vero auctore Charino implacabile bellum in eos geri coeptum est; illi vero in Periclem et Aspasiam causas belli coniecerunt, citantes hos versus:

*πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγάραδε  
νεαρίαὶ κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι·  
καὶ θ' οἱ Μεγαρεῖς πεφουσιγγωμένοι  
ἀντεξέκλειψαν Ἀσπασίας πόρνας δύο 2).*

1) Miramur Plutarchum non citasse Eupolidis notos versiculos:

*Πειθῶ τις ἐπειάθητο τοῖσι χεῖλεσιν  
Οὕτως ἐκῆλει καὶ μόνος τῶν ἑητόρων  
Τὸ κέντρον ἐγνανέλιπε τοῖς ἀρωμένους.*

2) Sequuntur haec:

*ἀνεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεργάγη  
Ἑλλῆσι πᾶσιν ἐν νεῶν λαμναστριῶν.  
Ἐνεῦθεν ἀρχὴ Περιοιῆς οὐλύμμιος  
ἤστραπτε ἐβρόντια ξυνεκίηεν τὴν Ἑλλάδα,  
ἐτίθει νόμους ὥσπερ οὐόλια γεγραμμένοις,  
ὡς χεῖρ Μεγαρέας μήτε γῆ μήτ' ἐν ἀγορᾷ  
μήτ' ἐν θαλάσῃ μήτ' ἐν ἡπείρῳ μένειν.*



Eo tempore sane Megarenses his versibus uti non potuerunt, quum fabula Aristophanis demum anno 425 in scenam ducta est.

Haec narratiuncula cui poeta ipse fidem nullam habuit, (nam alio loco alias causas tradidit) a posteris libenter accepta est et repetita 1). Veras causas belli, quas tradidit Thucydides, poeta comicus memorare noluit. Hoc comici non esset contraria quaerentis et ridicula. Bellum illud, quod tremefecit Graeciam, ortum esse fingit, postquam rapta sunt tria scortilla. Ita rem proposuit ut risui populi traderet partes bellicosas. Ceterum fieri potest, ut tale quid factum sit et adversarii Periclis, pacis amantes, omnem operam dederint ut populo probarent bellum ob parvas causas et singulorum commodi gratia esse ortum.

Plutarchus dubitavit quid harum rerum crederet, quid reiceret.

Præter locos citatos Plutarchus memorat comicos cap. XIII. β. δεξάμενοι δὲ τὸν λόγον οἱ κωμικοὶ πολλὴν ἀσέλγειαν αὐτοῦ κατεσκέδασαν εἰς τε τὴν Μενίππου γυναῖκα διαβάλλοντες κ. τ. λ. 2).

Et etiam Cap. VII. 3. ἕφ' ἧς, ὡσπερ ἔοικεν ἐξυβρίζοντα τὸν δῆμον οἱ κωμωδοποιοὶ λέγουσι πειθάρχειν οὐκέτι τολμᾶν, ἀλλὰ

*ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρής, ὅτε δὴ 'πειρῶν βάδην.  
Λαικεδαίμονιων ἐδέοντο, τὸ ψήφισμ' ὅπως  
μεταστραφείη τὸ διὰ τὰς λαϊκουστρίας.  
Οὐκ ἠθίλομεν δ' ἡμεῖς δευμένων πολλάνικς·  
κάντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων.*

1) Pac. 572. sq. dicit Phidiae causa bellum excitatum esse a Pericle.

2) Cf. Cobet prosop. Xen. p. 79.

Et Cap. VIII. 2. αἱ μέντοι κωμωδίαί τῶν τότε διδασκάλων σπουδῆ τε πολλὰς καὶ μετὰ γέλωτος ἀφεικότων φωνὰς εἰς αὐτὸν ἐκὶ τῷ λόγῳ μάλιστα τὴν προσωπομίαν γενέσθαι δηλοῦσι, βροντῶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν, ὅτε δημηγοροῖη, δεινὸν δὲ κεραινὸν ἐν γλώσση φέρειν λεγόντων. — Agitur de Periclis cognomine Olympii, illud βροντῶν καὶ ἀστράπτειν spectat ad Aristoph. Acharn. 530. cuiusnam alterum fragmentum sit, nescio. Ceterum, quod ei illud cognomen esset, comicis ansa fuit ut eum luderent quamquam vix dici potest Periclem illis verbis rideri.

*δακνεῖν τὴν Εἰβοίαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν.* Qualis sit sententia verborum satis perspicuum est; irriti vero conatus sunt restituendi versus. Unde sumti sint, non constat. Plutarchus ipsos versus non citat, sed nonnulla elegisse videtur.

Comiciis turpiora narrantibus Plutarchus parvam fidem habet, ut satis declarat l. l. Vulgo iis utitur ad illustrandas res de quibus agit, interdum, quod periculosius est, ad eas probandas. Certa ratio considerandi ea, quae tradiderunt illi, ei non erat, neque satis accurate inquirebat, quae alii scriptores, Ste-simbrotus(?), Idomeneus, alii et ipse Ephorus ex iis hauserint. Comicorum dicta ab eorum nexu non divellenda sunt.

Ceterorum poetarum, quorum plures legit Plutarchus, Ionem, cuius versum nullum attulit, citat Timonem Phliasium, sillographum, qui floruisse dicitur c. a. 270 a. C. et fecisse carmina quibus risit philosophos, lingua Homerica usus. Versiculi, qui cap. IV 3. leguntur, pertinent ad Zenonem Eleaten, quem audivit Pericles:

*ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν*

*Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος.*

C. XXVIII 3, Pericles versu hoc Archilochi respondisse narratur Elpiniciae Cimonis sorori:

*οὐκ ἄν μύθοισι γραῦς εἰσοῦσ' ἠλείφεο*

quod suppletur a Schaefero *εἰ μὴ φρενῶν ἀπεσφάλης.* Versus etiam XV, 688 exstat apud Athenaeum.

Eorum qui post Periclem floruerunt praeter Timonem, primum memoramus Ephorum, quo saepissime usum esse Plutarchum hac in vita suspicantur viri docti 1). Ea enim, quae a Plutarcho tractantur quaeque non sumta sunt ex scriptorum operibus qui supersunt, ex Ephoro sumta esse statuunt praeter ea, ut sponte apparet, quae Noster nominatim ex eo hausisse ostendit, ut c. 27 agens de bello samio. Muellerus iure de fragmento Ephori (119 Diod. XII 39—41), dicit, ea quae

1) De Ephoro cf. Arnold Schaefer. „Abriss der Quellenkunde der Griechischen Geschichte bis auf Polybios, 1867,” p. 46 sq.



continet, tam longe abesse a Thucydideis tantamque prodere levitatem, ut Ephorum ea a poeta comico potius quam ab historiarum scriptore mutuatum esse credas: Plutarchus tamen (c. XXX) agens de belli Pelop. causis, hac ipsa in re Ephorum secutus est <sup>1)</sup>.

Nescimus autem quae Plut. hauserit ex aliis scriptoribus; accurate ergo ostendere nequimus singula quae hausit ex Ephoro. Quae de hac re allata sunt, plerumque meris conjecturis nituntur, quamvis interdum probabilibus. Sauppe l. l. suspicatur ea, quae cap. XVII de illo consilio viro magno non indigno memorantur, ex Ephoro ducta esse <sup>2)</sup>.

*Theopompum*, qui in Philippicis fere totam historiam Graecam tractavit, libros complens digressionibus, praecipue secutus est Plutarchus in vita Cimonis; et hac in vita ex eius libris hausisse videtur ea quae nobiscum communicat de contentione Periclis et Cimonis (Cap. IX), inprimis de Cimonis liberalitate, et cap. X. Theopompus summis laudibus extulit Cimonem et Plutarchum movisse videtur ut Periclem reprehenderet.

Ceterum minoris fecisse Theopompum quam Ephorum fertur.

De *Idomenei Lampsaceni* vita et scriptis accurate egit C. Sintenis (excurs. V Pericles) <sup>3)</sup>.

C. X 4. acriter hunc refutat Plutarchus, qui ei non multum fidei tribuisse videtur. c. XXXV obiter memorat Idomeneum scripsisse, Cleonem Periclis fuisse accusatorem.

Neque maiorem fidem habuit *Duridi Samio* qui, de rebus Samiis scribens, in maius extulerit patriae labores et hostium crudelitatem, C. XXVIII; cf. Alcib. c. 32, Dem. 10, Eum.

1) Fragm. hist. Graec. vol. 1. p. LXIII et p. 266.

2) Ephorum qui apud veteres magna gloria et auctoritate floruit, et Plut. maximi fecit, cumque c. 28. iuxta Thucydidem et Aristotelem citavit. Semel eum vituperat Dem. 36. οὐ μὲν οἱ δ' Ἐφορος ὑγιάσει τὸν Φίλοστον ἐγκωμιάζων.

3) De Theop. idemque de Idomeneo vid. Schaefer, l. l. p. 91. Erat hic Epicuri discipulus et amicus. Scripsit περὶ τῶν Σικρατικῶν, περὶ Δημαγωγῶν.

1. Vixit fere saeculo post bellum Samium. Scripsisse fertur *Ἱστορίαι*, (quae etiam citantur titulo *Ἑλληνικά* et *Μακεδονικά*), τὰ περὶ *Αγαθοκλέα*, *Σαμίων ὄροι*, al.

De eo legimus apud Phot. bibl. cod. 176 p. 121<sup>a</sup>:

*Δούρις μὲν οὖν ὁ Σάμιος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν αὐτοῦ ἱστοριῶν οὕτω φησὶν ἠ' Ἐφορος δὲ καὶ Θεόπομπος τῶν γενομένων (προγεν. Casaub.) πλείστον ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμιᾶς οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθησαν." καίτοι Δούρις καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς τούτοις οἰκονομίας, οἷς αἰτιᾶται, πολλὰ τῶν ἀνδρῶν λειπόμενος.*

Quod a Cicerone (ad Att. VI, 1) vocatur „homo in historia diligens” hodie movet neminem <sup>1)</sup>.

*Aeschinem Socraticum* dialogorum scriptorem bis citat c. XXIV et XXXII. Quae priore loco leguntur partim falsa esse puto. Leguntur haec:

*Αἰσχίνης δὲ φησὶ καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκαπήλον ἐξ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν Ἀθηναίων γενέσθαι πρό-  
τον Ἀσπασίᾳ συνόντα μετὰ τὴν Περικλέους τελευτήν.*

Et Schol. Plat. Menex. ἐπεγήματο δὲ ἡ Ἀσπασία μετὰ τὸν Περικλέους θάνατον Λυσικλεῖ τῷ προβατοκαπήλῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ υἱὸν ἔσχεν ὀνόματι Ποριστήν, καὶ τὸν Λυσικλέα ῥήτορα δεινότατον κατεσκευάσατο ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικός. Non prorsus idem est quod citat uterque. Nullo autem modo fieri potuit ut Aspasia Lysiclem, si fuerit ἀγεννῆς καὶ ταπεινὸς τὴν φύσιν, fecerit Atheniensium principem et oratorem summum. Neque talem virum sibi elegisset Aspasia, quocum viveret, neque Periclis successor vir esse potuit animi et ingenii dotibus destitutus. Iam vero hieme a. 428 periit belli dux in Caria (Thuc. 3. 19). Ab Aristophane petitus est (Eq. 132. 765) simul cum Eucrate et Cleone, qui Lysicle βδελύρωτερος vocatur. Perpauca sunt nota de hoc Lysicle, aequae

<sup>1)</sup> De eo scripsit I. G. Hüllemann, Duridis Samii quae supersunt. Trai. ad Rhen. 1841.



ac de Eucrate, qui fortasse Diodoti pater est (Thuc. III. 41), sed verisimillimum esse puto eos non fuisse homines vulgares, licet ad eos etiam referri possit quod Thucydides (II. 65) de Periclis successoribus queratur 1).

C. XXXII. Aeschines testatur, Periclem precibus lacrimisque damnationi eripuisse Aspasiā, idque contra leges. Idem narrat Athenaeus, auctore Antisthene. Admodum mirum est, duos hos Socratis discipulos idem narrasse in dialogis qui eodem titulo „*Ἀσπασία*” inscriberentur, ut traditur. Quare loco Athenaei legendum putant nonnulli *Ἀισχίνης*, non *Ἀνθισθένης* 2).

Ei Plutarchus auctoritatem tribuisse videtur iusto maiorem.

*Platonem* philosophum citavit cap. VIII „*κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον ταῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχόων*: referenda sunt haec ad vocabula *ἄκρατος ἐλευθερία*, de Republ. 562<sup>e</sup>, non ad res ipsas.

Memoria omnino digna sunt ea quae cap. VIII sumsit ex Platonis Phaedro 270<sup>a</sup>.

Locus est hic: *πᾶσαι ὄσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν προσδέονται ἀδολεσχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι· τὸ γὰρ ἕψηλον οὗτο καὶ πάντη τελεσιουργὸν ἔοικεν ἐντεῦθεν ποθεῖν εἰσεῖναι, ὃ καὶ Περικλῆς πρὸς τῷ εὐφυῆς εἶναι ἐπτήσατο.* Philosophus haec praedicavit de viro quem laudare non solebat. Quanti Plutarchus Platonem fecerit ex eo etiam apparet quod eum vocat „*ὁ θεῖος Πλάτων.*”

Quod cap. IX tradit, multos dixisse populum primum a Pericle peiorem factum esse, spectare quoque videtur ad Platonis Gorgiam, 515<sup>e</sup>. Inter Thucydidem et Platonem haesitavit Plutarchus; optio ei fuit difficilis.

Cap. XV *ἔδειξε τὴν ῥητορικὴν κατὰ Πλάτωνα κ. τ. λ.* spectat ad Phaedr. 261<sup>a</sup>: *ἀρ’ οὖν οὐ τὸ μὲν ὅλον ἢ ῥητορικὴ ἂν εἴη τεχνὴ ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σὺλλογοί, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις;*

1) Cf. Curtius, II, p. 348.

2) Vid. Sintenis, l. l. ad hunc locum, p. 219.

Cap. XXIV 3. legimus: ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ τῷ Πλάτωνος, εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται, τοσοῦτον γ' ἰστορίας ἔρεστιν, ὅτι δόξαν εἶχε τὸ γέναιον ἐπὶ ῥητορικῇ πολλοῖς ὀμιλεῖν. Vid. Men. 235 E.

Ture Plutarchus dicit μετὰ παιδιᾶς. Non vero τὰ πρῶτα tantum ironice scripta sunt sed totus Menexenus colore festivo, ni fallor, tinctus est. Miramur fuisse qui hunc dialogum spurium esse putarent.

Aristotelem saepius hac in vita citavit Plut., e quibusnam scriptis autem sua sumserit, indicari non potest.

Cap. IV. Aristotelem tradidisse dicit Pythoclidem fuisse Periclis magistrum musices, quum vulgo Damon nominaretur. Verisimile est Periclem utriusque institutione usum esse 1).

Cap. IX. Periclem distribuisse pecunias publicas συμβουλευσαντος αὐτῷ Δαμωνίδου τοῦ Οἴηθεν (Οάθεν). Nonnulli putant hunc fuisse non Damonidem, sed eundem Damonem, musices magistrum; pater aut filius eius esse potuit.

Cap. X. Ephialtem optimatum adversarium inexorabilem, ab inimicis occisum esse per Aristodicum Tanagraeum. (Diod. XI, 17 non notum esse occisorem dicit).

Cap. XXVI. A Melisso et Periclem ipsum devictum esse in pugna navali. Quod falsum esse videtur 2). Sintenis (ad h. l.) dicit — „mentionem eius rei fecisse Aristotelem ἐν τῇ

1) Plato, Aloib. I. p. 118 c.: λέγεται γέ τοι (Pericles) οὐκ ἀπὸ ταῦτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ γὰρ Πυθολεῖδην καὶ Ἀναξαγόρα καὶ τῶν ἐν τῆλικούτοις ὄν Δάμων ἔνεστιν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα. Scholiastes addidit: Πυθολεῖδης μουσικὸς ἦν τῆς σεμνῆς μουσικῆς διδάσκαλος καὶ Πυθαγορείος, οὗ μαθητὴς Ἀγαθουλῆς, οὗ Δαμπερουλῆς, οὗ Δάμων. Vid. Sintenis ad hunc Plutarchi locum.

2) Vid. Grote, h. cf. Gr. VI. 27 n. I. „Plutarch seems to have had before him accounts respecting this Samian Campaign not only from Ephorus, Stesimbrotus and Duris, but also from Aristotle, and the statements of the latter must have differed thus far from Thucydides, that he affirmed Melissus the Samian general to have been victorious over Perikles himself, which is not to be reconciled with the narrative of Thucydides.



τῶν Σαμίων πολιτεία certo mihi videor colligere posse ex Suida voce Σαμίων ὁ δῆμος.”

Aristotelem Plutarcho verissimum fontem visum esse constat.

*Theophrastus*, Eresius, Aristotelis discipulus, c. 322 A. C. floruit. Cuius scripta nobis periisse dolemus; ἠθικοὶ χαρακτῆρες quos habemus non Theophrasti sunt.

Opera eius feruntur: *Νόμων κατὰ στοιχεῖον*, περὶ βασιλείας (qui liber citatur a Plutarcho Them. c. XXV) περὶ βίων, πολιτικῶν 6 l. πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς 4 l. πολιτικῶν ἐθῶν 4 l. περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, ἱστορικὰ ὑπομνήματα. Magistri studia sectatus esse videtur.

Plutarchus Alcib. c. X de eo dicit: εἰ δὲ Θεοφράστου πιστευόμεν ἄνδρὶ φιλήκωφ καὶ ἱστορικῶ παρ' ὄντιον τῶν φιλοσόφων. Sintenis probavit falsum esse quod Plut. Arist. c. XXV ex eo citat. Nic. XI eum non sequitur. Saepius eum citavit; haec in vita ter, c. XXIII, XXXV, XXXVIII.

C. XXIII. Theophrastus narravit a Pericle quotannis decem talenta missa esse Spartam ad magistratus, ut bellum differret, non pacem sed tempus ab iis emens. Quaeritur num πάντες οἱ ἐν τέλει Spartaē sic corrumperentur, et quamdiu hoc factum sit.

C. XXXV. A Simmia Periclem accusatum esse.

C. XXXVIII. Theophrastus in Ethicis, opere ab Ἠθικῶν χαρ. quod habemus, plane diverso, anxie quaerens an pro fortunae casibus immutentur mores et corporis doloribus affecti amittant virtutem, narravit, Periclem aegrotantem amico cuidam ostendisse amuletum, quod mulieres (non sane Aspasia, quae tum abfuisse dicitur) collo imposuissent, quo appareret quam vehementer aegrotaret, quod talem toleraret insulsitatem. Huius narratiunculae veritatem praestare nolim; si vera est, non inde colligi potest, Periclis animum tum fuisse fractum<sup>1)</sup>.

1) De peripateticorum ratione tractandi historiam acute disputavit Sintenis, in praef. ad vitam Aristidis, p. 14, haecce:

Pariter ea quae sequuntur, e Theophrasto sumta esse videntur.

*Critolai* Peripatetici nihil aliud citatur quam memorabile dictum, (c. VII) Periclem prodiisse ad magnas res conficiendas, navi Salaminiae similem, sed cetera amicis aliisque reliquisse.

*Heraclides Ponticus* qui floruit c. 350 permulta scripsit, quae nobis perierunt; opus quod citatur ἐκ τῶν Ἡρακλείδου περὶ Πολιτικῶν excerpta esse dicuntur aliena manu ex Aristotele. Eius fertur i. a. opus περὶ βίων.

Cap. XXVII Plutarchus dicit, Heraclidem perhibuisse Artemonem Periphoretum obsidioni Sami adesse non potuisse, quum hic Artemo multo ante vixisset, citantem versus Anacreontis. — Vid. Sintenis ad h. l. p. 192.

C. XXXV a Lacratida accusatum esse Periclem tradidit.

Haec de Plutarchi fontibus in vita Periclis.

In rebus gestis narrandis praecipue Ephorum secutus est adhibito simul Thucydide. In quaque vero parte quos secutus sit auctores, accurate indicare nequimus. Ad ornandam narrationem et illustrandum viri charactera usus est comicorum dictis, philosophorum sententiis, aliorum descriptionibus et narratiunculis. Qui totus apparatus ornans prudenti oculo inspicendus est. Plutarchus enim de Thucydide et Ephoro prudenter non iudicavit; quem locum Athenis poetae comici

Durch ihres grossen Meisters Aristoteles Beispiel angeregt, wandten seine Jünger ihren Fleiss sowohl auf antiquarische und literarhistorische Studien im Allgemeinen, als im Besondern auf die Biografie, als deren Begründer Aristoteles zu betrachten ist. Wird natürlich jeder seiner einzelnen Schüler seine besondern Vorzüge und Mangel gehabt haben, so scheint doch der Grundcharakter aller ein gemeinsamer gewesen zu sein. Als solcher lasst sich vor allem grosser Fleiss in Anhäufung des Stoffs bis auf die kleinsten Einzelkeiten bezeichnen, mit besonderer Vorliebe für seltsame und auffallende, mitunter ganz ungläubliche Dinge, so dass man von ihrer Kritik keine besonders hohe Meinung hegen kann; ferner Abschweifung von der eigentlichen Aufgabe, besonders aber Berücksichtigung des Privatlebens einflussreicher Männer der Vorzeit, das bei frühern Schriftstellern gegen ihre politische wirksamkeit nicht in Betracht kam. Hierbei zeigen einige ein stroben nach Verdächtigung und eine Partheilichkeit, die, wie erwähnt, bei Beurtheilung ihrer Nachrichten eine strenge Kritik nothwendig macht.



tenerent, non probe intellexit; prae philosophiae amore nimis reveritus est philosophorum sententias, quas historiae fontes habebat; diffidebat quidem hominibus κακοήθεσι veluti Stesimbrotο (?), Idomeneo, Duridi, aliis; constans indicium de iis ipsi non erat.

THUCYDIDES, MELESIAE FILIUS.

In vita Periclis Plutarchus nonnullis locis de hoc viro egit, e quibus praecipue eum novimus. Hos comparare cum iis iuvat quae alibi traduntur, ut quis ille fuerit, nobis appareat.

Cap. XI haecce legimus.

Οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ μέγιστον μὲν ἤδη τὸν Περικλέα καὶ πρόσθεν ὀρώντες γεγονότα τῶν πολιτῶν, βουλόμενοι δ' ὁμῶς εἶναι τινα τὸν πρὸς αὐτὸν ἀντιτασσόμενον ἐν τῇ πόλει καὶ τὴν δύναμιν ἀμβλύνοντα, ὥστε μὴ κοιμῆ μοναρχίαν εἶναι. Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα καὶ κηδεστὴν Κίμωνος, ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον, ὃς ἦττον μὲν ὢν πολεμικὸς τοῦ Κίμωνος, ἀγοραῖος δὲ καὶ πολιτικὸς μάλλον, οἰκουρῶν ἐν ἄστει καὶ περὶ τὸ βῆμα τῷ Περικλεῖ συμπλεκόμενος ταχὺ τὴν πολιτείαν εἰς ἀντίπαλον κατέστησεν, οὐ γὰρ εἶασε τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς καλουμένους ἄνδρας ἐνδιέσπαρθαι καὶ συμμεῖχθαι πρὸς τὸν δῆμον ὡς πρότερον, ὑπὸ πλῆθους ἡμαυρωμένους τὸ ἀξίωμα, χωρὶς δὲ διακρίνας καὶ συναγαγὼν εἰς ταῦτό τὴν πάντων δύναμιν ἐμβριθεῖ γενόμενῃν ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ ῥοπήν ἐποίησεν. ἦν μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς διπλὴ τις ὑπουλος, ὥσπερ ἐν σιδήρῳ, διαφορὰν ὑποσημαίνουσα δημοτικῆς καὶ ἀριστοκρατικῆς προαιρέσεως, ἣ δ' ἐκείνων ἀμιλλα καὶ φιλοτιμία τῶν ἀνδρῶν βαθυτάτην τομὴν τεμοῦσα τῆς πόλεως τὸ μὲν δῆμον, τὸ δ' ὀλίγους ἐποίησε καλεῖσθαι.

Vulgo Thucydides prodiisse dicitur post mortem Cimonis, a. 449 a. C., nequaquam tamen hoc omni dubio maius est.

Iam ante hoc tempus eum se praestitisse virum rerum politicarum peritum, qui vivo Cimone, huic adesset et Pericli adversaretur, verisimile est <sup>1)</sup>. Ipse annus quo hoc factum sit, dici non potest.

Ante Periclem partes, proprio sensu verbi, nondum aderant. Respublica erat aristocratica. Optimates praecipue regabant rempublicam, multo certe superiores erant.

Themistocles, Xanthippus, in primis vero Ephialtes res movere et mutare coeperant, viaque ab iis strata processit Pericles; Areopagi domum auctoritate fracta optimates inferiores esse coeperant.

Cimon non is fuit qui assidue in urbe manere vellet, partes colligeret et luctando in foro et in comitiis iis victoriam daret. Quo magis autem optimates viderunt qualis vir esset Pericles et quaenam essent eius consilia, eo magis intellexerunt eo vigente male actum iri de sua ipsorum potentia in civitate. Timebant iure ne a multitudine, ducta a viro summi ingenii summaeque prudentiae, opprimerentur.

Se ergo colligebant in unum corpus; consilia agebant etiam extra comitia. At iis duce opus erat. Eorum nemo insignior erat quam Thucydides, Melesiae filius. Hic ortus nobili genere, rerum politicarum peritissimus, eloquentia Pericli fere par, vir probus ac constans erat <sup>2)</sup>. Partes aristocraticas constituisse, membraque disiecta in unum coegisse dicitur <sup>3)</sup>. Cer-

<sup>1)</sup> Sintonis ad cap. XI p. 118 hanc sententiam tuitus, citat Plutarchi locum (Per. c. VIII) *πλεῖστον ἀντεπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον*, urgetque illud *πλεῖστον*. Praecipue hoc statuendum esse putem, quod Thucydides statim fere post Cimonis mortem exstitit suarum partium princeps, et quod fuerunt causae in eius vita politica anteriore quare eum secuti sint reliqui optimates ducem.

<sup>2)</sup> Plut. Nic. II. *Γέγραφεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν καὶ πατριῆν ἔχοντες εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ Θουκυδίδης ὁ Μελεσίου καὶ Θηραμένης ὁ Ἀγνώρος* — Quod splendidum indicium aliquantum imminuitur nominibus adiectis, sed etiam Nic. VI Thucydides inter *optimos* numeratur simul cum Aristide.

<sup>3)</sup> Woldemar Ribbeck, Die Acharner, p. 236, hac de re sic disputat:



tam viam sibi praescripserant optimates. Volebant suam ipsorum restituere auctoritatem et potentiam, frangendo populum et introducendo oligarchiam, servare pacem cum Lacedaemoniis, omnem fere operam navare copiis terrestribus. Thucydidem confidentem causae jure egisse credimus, at in ipsa illa causa, in ipsis consiliis quae exsequi voluit, sita erat eius partium imbecillitas.

Integra Athenarum magnitudine pax perpetua cum Lacedaemoniis nullo modo servari potuit. Urbs ita sita erat et res sic se habebant ut modo mari augeri possent Athenienses; mare autem erat nutrix democratiae: sic Pericles docuit Athenienses habuitque auditores non ignavos. Iam democratia robustior erat, quam ut sisti se et opprimi pateretur.

Thucydides adversarii peritiam agnovisse videtur si fidem habemus narratiunculae quae traditur a Plutarcho (Per. c. 8.).

*Ἀρχεδάμου δὲ τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως πυνθανομένου, πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαιὴν βέλτιον „ὅταν“ εἶπεν „ἐγὼ καταβάλω παλαίον, ἐκεῖνος ἀντιλέγων, ὡς οὐ πέπτωκε, νικᾷ καὶ καταπέθει τοὺς ὀρῶντας.“*

Plutarchus (Per. c. 12) nobis servavit partem orationis fortasse a Thucydide coram populo contra Periclem habitae. Periclis adversarii in eum invecti esse dicuntur, *βοῶντες ὡς ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων χρήματα πρὸς αὐτὸν ἐν Ἀθήλων μεταγαγών*, et hacce dicebant: *καὶ δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἢ Ἑλλάς ὑβρίζεσθαι καὶ τυραννεῖσθαι περιφανῶς, ὀρώσα τοῖς εἰσφερομένοις ὑπ' αὐτῆς ἀναγκαιῶς*

Ein verhalten, dessen Werth man gut thun wird nicht all zu hoch an zu schlagen, da die geringe Zahl der antiperikleischen Elemente so auf das augenscheinlichste zu Tage kam und den Gegnern dessen, der unter demokratischen Formen die Alleinherrschaft ausübte, die damals noch nicht schmeichelhafte Bezeichnung der *ἄλλοι* eintrug.

Erantne Periclis adversarii tam pauci? Quomodo tum certamen tam acre esse potuit? An erant pauci, sed pecunia, genere, auctoritate validissimi? Viri certe erant, quorum patres bellatores Marathonii fuerant excellentissimi, divites, auctoritate etiam tum pollentes, multos secum trahentes quocunque vellent; iisque adstabant socii potentissimi, poetae comici.

πρὸς τὸν πόλεμον ἡμᾶς τὴν πόλιν καταχρυσούντας καὶ καλ-  
λωπίζοντας ὡσπερ ἀλαζόνα γυναῖκα περιαιπτομένην λίθους  
πολυτελεῖς καὶ ἀγάλματα καὶ ναοὺς χιλιοταλάντους <sup>1)</sup>).

Haec accusatio breviter repetitur initio cap. 14, τῶν δὲ  
περὶ τὸν Θουκυδίδην ῥητόρων καταβοώντων τοῦ Περικλέους  
ὡς σπαθῶντος τὰ χρήματα καὶ τὰς προσόδους ἀπόλλυντος.

Postquam per aliquot annos, ut vulgo traditur per quinque  
annos <sup>2)</sup> (ab a. 449 ad a. 444) utrimque acriter certatum est,  
Pericles vicit; nam (c. 14) τέλος δὲ πρὸς τὸν Θουκυδίδην  
εἰς ἀγῶνα περὶ τοῦ ὀστράκου καταστάς καὶ διακινδυνεύσας  
ἐκείνον μὲν ἐξέβαλε, κατέλυσε δὲ τὴν ἀντιτεταγμένην ἐται-  
ρείαν.

Ex his ipsis verbis colligi potest quam acre fuerit certamen,  
ex magna rerum mutatione postquam Thucydides pulsus est,  
quantum hic valuerit.

Recentissimi historici <sup>3)</sup> contenderunt a Thucydide eiusque

1) H. Sauppe (Die Quellen Plutarchs für das Leben des Perikles, Gött. 1867  
mouet his verbis fragmenta orationum nobis esse servata.

„Sonderbarer Weise hat man hier nicht bemerkt dasz das Pronomen ἡμᾶς das  
Vorangehende und Folgende Alles als nicht nur dem Inhalt, sondern auch der  
Form nach einer Rede, die vor dem Volke gehalten wurde entnommen bezeich-  
net. Gleich der Anfang ὡς ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ setzt so ein, wie sonst direkte  
Rede mit einem ὡς oder ὅτι an das Vorangehende verbum des Sagens ange-  
schlossen wird.“ Cf. Curtius, Gr. Gesch. II. p. 156. Grote, Hist. of Gr. VI. 17  
uterque putat haec dicta esse ab ipso Thucydide.

2) Plut. Per. c. 16.

3) Curtius, Gr. gesch. II. 156. So rieben sich wiederum die besten Kräfte  
im Parteikämpfe auf, bis endlich die aristokratische Partei, als sie vergeblich  
gegen den gewaltigen Perikles ankämpfte, den Weg einschlug, dass sie ihn als  
einen der Freiheit gefährlichen Mann verdächtigte und die Anwendung des  
Scherbengerichts beantragte. Grote, H. of gr. VI. 19. Probably the vote was  
proposed by the party of Thucydides, in order to procure the banishment of  
Pericles, the more powerful person of the two, and the most likely to excite  
popular jealousy.

De tempore exsilii idem scriptor dicit, p. 20 l. c. The ostracism of Thu-  
cydides apparently took place about two years after the thirty years truce  
443—442.

Et in nota I. Plutarch, Perikles c. 16: the indication of time, however, is vague.



factione ostracismum adhibitum esse, quum putarent Periclem pulsum iri. Hoc verum esse mihi non persuasum est. Si enim attendimus ad tempus huius ostracismi, videmus id opportunum fuisse Pericli, qui paullo ante dubiis in rebus patriam servaverat. Hoc Thucydidem, virum prudentem, fugere non potuit. Quantum posset Pericles, Cimonis exsilium probaverat. Res vero incerta est.

Quae de Thucydidis vita posteriore traduntur, incertissima sunt; nulla enim praesto est materia qua ad illam enarrandam utamur, nisi duo loci Aristophanis eaque quae a Scholiistis narrantur. Hi loci accuratius tractati sunt a W. Ribbeck l. l. p. 235 sq. ad Acharn. 664 (703). Off. Vesp. 947.

Illo loco (Acharn. 664) queritur senum chorus, se pro meritis non coli in senectute, sed contra iniuriis officii a iunioribus, tum sic pergit:

τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφὸν ἡλικὸν Θουκυδίδην  
 ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ  
 τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ τῷ λάλῳ ξυνηγόρῳ;  
 ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κάπεμορξάμην ἰδὼν  
 ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κυκόμενον·  
 ὃς μὰ τὴν Δήμητρον, ἐκεῖνος ἠνίκ' ἦν Θουκυδίδης,  
 οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιῶν ῥαδίως ἠνέσχετο,  
 ἀλλὰ κατεπάλαισε μὲν γ' ἂν πρῶτον Εὐάθλους δέκα,  
 κατεβόησε δ' ἂν κευραγῶς τοξότας τριςχιλίους,  
 περιετόξευσεν δ' ἂν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τοὺς ξογγεγεῖς 1).

Loco vero Plutarchi leguntur haec: μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάληξιν καὶ τὸν δοτράκιον οὐκ ἐλάττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν — ἐρχήν — κτησάμενος. Si huic loco, confidimus, annumque quo Pericles mortuus sit, a. 429 esse accipimus, Thucydides a<sup>o</sup> 444 pulsus sit necesse est. Ad hunc locum statim redibimus.

1) Verba, συμπλακὲν τῇ Σκυθ. ἐρημίᾳ variis modis explicata sunt. A scholiasta sic: ἐπεὶ θηριώδεις αἱ ἐρημίαι τῶν Σκυθῶν. ἀντὶ τοῦ ὀλέθρου καὶ κακοῦ συμπλακέντα — ἔστι δὲ παροιμία ἢ Σκυθῶν ἐρημία. Satis apta mihi esse videtur haec interpretatio; Aristophanes proverbio hoc loco utitur ut simul referat ad Cephisodemum, sagittarium nominatum. Recentiores alii aliis modis explicant. Dixerunt Thucydidem in Scythiam iisse, vel eum a

Qui versus sic fere vulgo explicantur:

Quomodo enim aequum est, virum, annis incurvum, qualis est Thucydides, implicatum scythicae solitudini (i. e. maximis malis obrutum), perire per istum Cephisodemum, loquacem causicum? quippe miseratus sum et lacrimas mihi detersi quum vidi a sagittario vexari senem, qui ita me Ceres amet, dum erat ille Thucydides vir integer aevi, ne Cererem quidem ipsam passus fuisset sibi molestam esse; verum primum luctando deiecisset Euathlos (Euathlus est sophista male audiens) decem, clamando autem et vociferando superasset sagittariorum tria millia, tum sagittis confixisset sagittarii ipsius omnes cognatos.

Thucydides qui h. l. memoratur a scholiasta fuisse dicitur: ἀντιπολιτευόμενος Περιηλεΐ; hunc ergo, postquam ex exilio in patriam rediit, criminibus persecutus est Cephisodemus quidam. Eo tempore (425, a. c.) senex erat. Si a. 444 homo quinquegenarius fere esset, a. 425, senex nominari potest, quem exilio fractum esse verisimile est.

Ceterum asinus leonem morientem feriens saepissime occurrit.

Aduotatio quam Ribbeck hoc loco adscripsit digna est quae legatur. Simul inquisivit in quaestionem quae nobis superest, quis fuerit Thucydides ille, qui ab historico inter belli duces nominatur qui praefuerunt classi in bello Samio, Lib. I. cap. 117: καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ὕστερον προσεβοήθησαν τεσσαράκοντα μὲν αἱ μετὰ Οὐκυλίδου καὶ Ἄγνωτος καὶ Φορμίλωνος νῆες.

Hic Thucydides a plerisque Melesiae filius fuisse dicitur. Quum

sagittariis relictum esse, vel τῇ Συσθ. ἐρ. designari ipsum hominem Cephisodemum. Ribbeck vertit: Spricht, wie ziemt sich's, dass gebückte Greise wie Thucydides, schwer bedrängt zum opfer fallen skythischer Verlassenheit, dicsem Schuft Kephisodemos der sogern der Kläger macht? Ludwig Seeger:

Ist es recht, dass ein gekrümmter Alter, wie Thucydides,

Hier verloren ist, als Stück er in dem Seythischen Wüstenland

Durch Kephisodemos, jenes freche Rabulistenmaul?

Quare hoc loco Ἀχαια, ἐπίθετον Ἀήμητρος, memoretur, nandum apte explicitum est.



vero bellum Samium fere a<sup>o</sup> 439 gestum sit et Thucydides a<sup>o</sup> 444 pulsus sit ostracismo, ante tempus revocatus esse dicitur 1). Sequor iam Ribbeckium.

Et in Biographia Sophoclis legimus Thucydidem simul cum poeta fuisse belli ducem 2). Quomodo hoc conveniat cum verbis Plutarchi? Si iam a<sup>o</sup> 444 pulsus est, spatium modo quinque annorum ei fuit quo decertaret cum Pericle (si prodiit post mortem Cimonis). Hoc spatium brevius est. C. 14 Plutarchus dicit oratores factionis Thucydidiae invectos esse vehementer in Periclem ob ingentes sumtus quos impendisset ad illa magna ac splendida aedificia exstruenda, quorum tamen non multa erant perfecta a<sup>o</sup> 445. Quid ergo? Eratne ille belli dux, qui in bello Samio copiis praefuit, alius quidam eodem insignitus nomine, quem scriptor biographiae Sophocleae confuderit cum illo? Hoc contenderunt nonnulli. At historicus sine dubio patris nomen addidisset, si ille non fuisset Melesiae filius.

Bellum Samium gestum esse ante annum 444 et Thucydidem historicum rem male tradidisse, quis credat? Superest ut

1) Grote, VI p. 28, N. sic indicat haec de re: It appears very improbable that this Thucydides can be the historian himself. If it be Thucydides, son of Milesias, we must suppose him to have been restored from ostracism before the regular time, a supposition indeed noway inadmissible in itself but which there is nothing else to countenance. The author of the life of Sophocles, as well as most of the recent critici adopt this opinion.

On the other hand, it may have been a third person named Thucydides, for the name seems to have been common, as we might guess from the two words of which it is compounded. We find a third Thucydides mentioned viii 92, a native of Pharsalus, and the biographer Marcellianus seems to have read of many persons so called (*Θουκυδίδαι πολλοί*, p. XVI ed. Arnold). — The subsequent history of Thucydides, son of Melesias, is involved in complete obscurity. We do not know the incident to which the remarkable passage in Aristophanes (*Acharn.* 703) alludes—Compare *Vespae*, 946, nor can we confirm the statement which the scholiast cites from Idomeneus to the effect, that Thucydides was banished and fled to Astaxerxes; see Bergk. *Reliq. Com. Att.* p. 61.

*Vesp.* 946 leguntur: ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης ἀπὸ πλῆκτος ἐξαιφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

2) Ribbeck quidem contendit, hoc loco agi de nostro Thucydidem.

aut locus Plutarchi emendetur aut scriptorem in errore fuisse dicamus.

Aristophanes de sene Thucydide loquitur, cf. Vesp. 947, qui iam omni robore egebat. Si hic Melesiae filius est, poeta de eius exilio loqui non potest h. l., quum Pericli certamen acre, dubia victoria, non fuerit cum sene intermortuo.

In verbis (Per. c. 16), *τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστράκισμὸν* illa *κατάλυσιν* et ostracismus non referenda sunt ad diversa facta, ut voluit Bergkiius.

At quid significant illa verba? Postquam iam facta est ἡ *κατάλυσιν*, sequi non potest ὁ *ὀστράκισμος*; dici non potest "fracta Thucydidis potentia ipsoque pulso." nam eo ipso quod pulsus est, eius potentia cecidit.

Sic fere disputans Sauppe suspicatur h. l. agi de bello Samio et emendandum esse tali fere modo: *μετὰ τοῦ Σαμιακοῦ πολέμου κατάλυσιν καὶ τὸν Θουκυδίδου ὀστράκισμὸν*, et *ἰ ἐτῶν* mutanda esse in *ἰ ἐτῶν*, ita ut Pericles solus regeret civitatem non quindecim, sed decem annos.

Haec conclusio vera esse *potest*. Universe animadvertendum est chronologiam historiae graecae nondum tam firmis fundamentis niti ut singulis factis annos singulos indicare possimus.

Haec quaestio cohaeret cum recta computatione temporum, qua in re Plutarchum non satis accuratum fuisse dolemus.

Ribbeckii disputatio mihi non ab omni parte persuasit. Diserte contendit ille spatium quinque annorum brevius esse quam quo Thucydides copias parare, machinas dirigere et cum Pericle decertare posset. Ei non assentior; quinque annis multa fiunt. Iam Cimone vivente Thucydides vir erat magnae auctoritatis; factionis elementa aderant ei modo colligenda, iniitque pugnam iam dudum paratam.

Spatium quidem decem annorum quo inter duos principes civitatis varia victoria certaretur, multo longius mihi esse videtur. Duae factiones, quae erant in una urbe, id semper agentes ut publice nihil fere confici posset, eo tempore non tandiu certare potuerunt.



Invecti sunt οἱ περὶ τὸν Θ. ῥήτορες in Periclem ob sumtus in illa aedificia impensos, quorum tamen quinque annis post Cimonis mortem non multa confecta erant." Omnino, sed iam aedificabantur, et hoc ipsum tempus opportunum erat accusantibus Periclem, non vero postquam perfecta sunt summamque totius Graeciae admirationem excitarunt.

"Thucydides historicus, si alius fuisset belli dux in bello Samio, hunc accuratius describeret." Fateor hoc verisimile esse, dubitari tamen potest cum Groteo.

Quod ad coniecturam attinet; quare hoc loco (c. 16) loqueretur Plutarchus de bello Samio non intelligo. Verba τὸν ὀστράκισμον esse emblemata, accipere malim <sup>1)</sup>.

Litem dirimere nequeo. Annotatio Bibbeckii qui eo loco accurate etiam de aliis locis ad Thucydidem pertinentibus egit, dignissima est quae legatur.

Denique haec de Thucydide statuenda esse mihi videntur: Fuit vir probus, constans, integer, cui persuasum erat per Periclem civitatem male administrari, summus orator, rerum politicarum peritus; partium aristocraticarum princeps per aliquot annos omnes vires intendit ut vinceret Periclem, cui vero succubuit et temporibus. Postquam ex exsilio rediit in patriam, optimatibus iam oppressis et timide et furtive agentibus, moderatione bello pulsa, senex pugnator a sycophantis vexatus est.

1) Vid. etiam Clarisse, Commentatio literaria de Pericle, ann. XXVIII, p. 198 sqq.

## QUAESTIONES.

### I.

Probabilis est Sauppīi coniectura ad Plut. Per. c. 27, mutantis *μαχομένων* in *τρουχομένων*.

### II.

Eiusdem coniectura ad Plut. Per. c. 15. 2 pro verbis *ὧν ἔνιοι καὶ ἐπὶ τοῖς νύεσι διέθεντο, ἐκείνος* rel. *legentis ὧν ἔνιοι καὶ ἐπὶ τοῖς νύεσι διέθεντο τοῖς ἐκείνου* haud placet. Loco tamen emendatione opus est.

### III.

Placet vero eius coniectura ib. c. 8. 5 *ταῦτ' οὖν* pro *ταῦτ' οὖν*.

### IV.

Recte etiam ille mutat ib. c. 23. 2 *εὐθύς οὖν* in *αὐθις οὖν*: et iure c. 25. 2 legit *οἱ δ' αὐθις ἀπ.*



## V.

Eodem praeunte ib. c. 31. 2 sic lego προσδεξαμένου δὲ τοῦ δήμου τὸν ἄνθρωπον ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ γενομένης διώξεως.

## VI.

Cobeto legenti assentior ib. c. 13, ἀναγέγραπται pro εἶναι γέγραπται.

## VII.

In verbis quae exstant ib. c. 16. 2 μετὰ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστράκισμον mendum est.

## VIII.

Quae leguntur ib. c. 7. 3 ὁ δὲ καὶ τοῦ δήμου τὸ συνεγῆς φεύγων καὶ τὸν κόρον, οἷον ἐν διαλειμμάτων ἐπλησίαζεν, emendationis indigent.

## IX.

Quod ridebatur Pericles a comicis, eius potentiae perpetuitati non obfuit.

## X.

Scholiastes ad Vespas vs. 947 auctore Idomeneo narrans Thucydidem, Melesiac filium, accusatum quod prodidisset Gracciam, punitum esse ἀειφυγία et bonorum proscriptione, fide indignus est.

## XI.

Falso creditum est, lege sanctum fuisse ut comici luderent quemcunque vellent.

## XII.

Libellus *περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους* non scriptus est a Stesimbrotō Thasio.

## XIII.

Thucydides historicus inique indicavit de Cleone.

## XIV.

Quod Plutarchus narrat, Periclem adolescentem timentem ne ostracismo eiiceretur, *ἠτῶν πολιτικῶν οὐδέν* fecisse non verisimile est.

## XV.

Cum Aeschine Socratico (Plut. Per. c. 24) non statuendum est, Lysiclem fuisse virum *ταπεινὸν τὴν φύσιν*.

## XVI.

Nihil in Socrate tantopere movit Athenienses quam quod docebat melius esse iniuria affici quam afficere; nulla re ille maior est.

## XVII.

Universe non statuendum est mythis graecis aliquantum veritatis historicae subesse.

## XVIII.

Quaeque versio sit libera.



## XIX.

Locus scriptoris veteris obscœnus in classibus gymnasiolorum superioribus non omittendus est praeceptori.

## XX.

Linguae belgicae studioso non negligendae sunt dialecti quae in ore populi Nederlandici sunt.